viriliter regere debeatis Veritatem doctrine vt cognoſ-
catis qualiter ſubiectos laudabiliter dirigatis Veritatem
iuſtitie vt intelligatis qualiter deo ſeruiliter ſeruiatis
Querite etiam christum aliquando cum ſponſa dilectiſſima

orto deliciarū. vbi deambulabat cū ~~adoſ~~ adole
ſcentulis vbi lilia colligit cū virginibꝰ Vbi comedit
fructꝰ pomorū ſuorū cū inuenerit Querite in cella
vinaria vbi cenā ſuā ꝑparauit ad quā ſuas ſpecia
liſſimas amicas (que ſequūtᷣ eū quocūꝗ ierit)
tm̄ inuitauit: vbi ꝑcinget ſe et faciet eas diſcumbēꝰ
et tranſiens ꝑſonaliter miniſtrat eis. Vbi admini
ſtrat fercula varia de pinguedine ſue eterne
nobiliſſime et ſecretiſſime diuitatis. vbi ꝓpinat
pocula ſuedulciſſime et cariſſime humanitatis Certe
illic bibūt amice: ſed inebriantᷣ cariſſime Querite
tandē in cubiculo vbi requieſcit cū ſponſa inter
amplexus et oſcula vbi cubat ī meridie qn̄ ſplendoꝰ
eterne veritatis tam luculēter lucet: ardor ſuperne
caritatis tam dulciter ardet Ibi inſtillat auribus
ſponſe ſecretiſſima ſue profunde et inſcrutabilis
ſapiencie Ibi donat altiſſima munera ſue lumine
et incomparabilis magnificencie Ibi iocatur. ibi
blanditᷣ. ibi cōſolatᷣ. ibi dilectā alloquitᷣ dicēs Pete
~~quod~~ quod vis et dabitᷣ tibi O q̄ꝫ felices qui ꝗhm in
hoc cubiculo ſecretiſſimo inuenerīt. qui hoc cubiculū
intrare ꝑſumūt O quā pauci eū in orto deliciarū
inuenerīt Sed pauciores in cella vinaria reperiunt
Pauciſſimi vero nō niſi ſecretiſſimi amici cubiculū
intrare ꝑſumunt Quia ſcriptū ē Adiuro vos filie
iheruſalē ne ſuſcitetis neqꝫ euigilare faciatꝭ dilectā
donec ipā velit Unde ſufficiat vos o reges

qui adhuc terrena sapitis · qui adhuc temporalia
disponitis · q[uo]d ihm aliq[ua]n[do] post diligentē inquisitiōem
in p[re]sepio inveniatis Vestra eni[m] co[n]sciencia adhuc
forte nō ē facta ortus deliciarū Ubi florent sancte
meditaciōes redolent virtuose op[er]aciōes · ubi vigent
deliciose affecciōes Ne forte minus p[er]fecte dici potest
cella vinaria · ubi illa celestia fercula odorant[ur] Illa
vina angelica gustant[ur] quib[us] amici aliquando hic
interius co[n]solant[ur] Sz heu minime ut timeo dici
p[otes]t cubiculū o[mn]ib[us] peccatoribus absconditū soli sponso
p[re]paratū stratū et ornatū Ubi sponsus cū sponsa
dilectus cū dilecta requiescit inter secreta et indi
cibilia sui familiaris oscula Ubi sepe audiunt[ur]
talia et archana que quidē intelligunt[ur] sz nō dicunt[ur]
quia forte ut exprimi nequeunt ut ab hominib[us] co[n]m
homine viuentib[us] p[er]cipi nunq[uam] possunt Si tamē
exabundancia divine pietatis aliquādo ipm post
fletū et planctū post luctū et gemitū post positū
secularē negociū admodicū vidistis in orto deliciarū
· Ut forte quod magis verū ē an fores adhuc
vobis clausas p[er] foramen inspexistis in cellam vin=
ariam et vidistis sponsū ornatū et succinctū · tran
seuntem ministrantē propinantē suis amicis ·
varia fercula et vina deliciarū · et statim ignota
et incognita nec adhuc ad talia admittenda per ianu
fores expulsi et repulsi fuistis et iterato: heu

ad solitu et mundana redijstis Sz tn post hoc ad cor
rediuexsi nō inmemores illi9 iocunde societatis quam
gaudio cordib morte deliciarū aspexistis Nec non
et illius beatissime iocunditatis et sollemnitatis quam
desolatū per rimulā inspexistis de qua nescio quale
solaciu sed tn tale quod corruperat omez sensū et
oīa huius mundi cōuiuiū pspiramentū modicū sensi
stis Tunc tu maria matre ihm perditū cu dolore
et merore querite Currite cū planctu et gemitu
post ihm querēdū Querite cur et flentes dicite O
qn te inueniemus consolatore quē expectamus Quando
te inueniemus gaudiū nrm quod desideramus O si
aīa nra adhuc redire semel valeat et si non
amplexus et osculā saltem vbi redolet ortus deliciarū
et suauissime fragrat cella vinaria Iam anima
pte ipam quere dilectū tuū quē concepisti · tu9 ē filius
quē genuisti et quare dimisisti a quo tot et tanta
insolita gaudia suscepisti O vos reges incliti
vos pncipes et defensores et cooperatores mei
Vos hactenus quesiuistis vt regē qui vos sua
gra coronaret Vt doctorē qui vos sua sapiencia
illustraret · vt consolatorē qui sua clemencia vos
refocilaret Nunc sup ē vt ego querā filiū quem
perdidi dilectū · quē amisi amatissimū ihm meū
quē heu infelix et misera in tēplo dimisi Postq̄
denuo ad vana et falsa et inania me conuerti

Heu
me

Heu me derelictam et desolatam et omni ignominia plena
reliquit Quare suis consiliis non acquievi Quare
in suis monitis non permansi Qua diu sua presentia
iucunda consolacionem sensi affuit mihi omnis boni abun
dantia qua diu ipsum habui cunctis bonis abundavi
Sed heu quam infelix et quam miserabilis propter paupertatem
amisi divitias propter asperitatem postposui
delicias propter curam et sollicitudinem dereliqui quietem
magnam et spiritus dulcedinem propter alienum neglexi
meipsum propter hominem regendum perdidi deum meum.
dilectum meum consolatorem meum. dulcissimum ihesum filium
meum Quid ergo faciam quo vadam ubi queram ut
iterato ipsum inveniam Aliquotiens propter perdita ipsum
amisi sed denuo adiuvante et revelante clementissimo
patre misericordiarum deo in tua vinea laboro
tue voluntati de consilio maiorum deservio Ad tuam
gloriam ampliandam me dulcis ihesu solaciis occupacionem
cordis sepius primo propter tuum honorem conservandum
variis tribulacionibus me expono ipso ex solita pietate
auxiliante perditum cum ingenti cordis gaudio post
varios singultus et gemitus etiam inter abundantis
simas lacrimas repperi et inveni O utinam
ipsum adhuc semel taliter invenirem puto quod amplius
non dimitterem sed totis viribus retinere Quid ergo faciam
Surgam et queram quem diligit anima mea postquam
occupaciones et sollicitudines dimittam ad orandum me
convertam

Et ſi hec no ſufficiunt inter cognatos et notos id eſt
ſpuales et deuotos ipm quera Ipi ſut in quibꝫ habi
tat ipi ſut cu quibꝫ morat' qn ab aliis amittit'
hii ſut cu quibꝫ tanq in ſolitudie lantat qn ipm a
me miſer ſtrepitꝫ cogitatonu fluctuanciu fugat
heu qn illis ſimilis ſui tuc habiu tuc tenui . tuc am
plexatꝫ et oſculatꝫ ſui ihm : que nuc curis diſtracta
ſollicitudinibꝫ occupata et afflicta lamentabiliter
amiſi Dicite g° o vos religioſi vos abſtracti
vos ſolis diuinis meditaconibꝫ dediti : num quem
diligit aia mea vidiſtis Certe ſcio q habetis Scio
q bn ſcitis quia ſentitis et gaudetis Reddite g°
in caritate q no amittitis i comunitate qd no dimi
titis Et ſi inne pter diſtractoꝫ ad hora . feruor
dilectois tepuit habitꝫ in dilectoib vt ſpero no
ceſſauit Et ſi pptc occupacoem familiare dilecto
allocucoeꝫ intermiſi . a caritate in ipiꝫ no receſſi
Et ſi pter pximoru ut modicu edificacoeꝫ ipi
totu mentis intencoe no adheſi deſideriu tn
reuertendi in mete habui Et rerera ut uexu
fatear no ad gloria dico ſꝫ tatu ad reuocandu
ad dilectu pditu humiliter allego no pptc meu
lucru ſꝫ pptc ſuu coſiliu no pptc mea ambicoeꝫ
ſꝫ pter ſua eterna gloria et honore no pter
placois laudem ſꝫ pximoru curis et ſollicitudinibꝫ
dedita Quare ergo pter hoc q pia intencoe

eciã quaſi et gemens furere dilecti pñtia ſaltem
aliqñ et ſi raro cõſolari eius deberem Non eſſet
ſed ſi fas eſſet dicere iniuſtũ et impium quod
pijſſimus ieſus nõ ſtatuit ꝙ diuina lex nuſquã
approbauit Sepe enim ꝓpter amici volũtate dulcis
amici pñcia ~~amitti~~ intermittitur vt poſtmodũ
tũ amplioxi amboꝝ iocũditate reparetur Sic et
ego ꝓpter ipm aliqñ deſerui Si ꝓpter ſua gliaz
ampliandã: labores ꝑſecuciones detractiones im
pugnatores ſuſtinui Si his omnibꝫ et his ſimilibꝫ
eciã uſqꝫ deſertũ repleta ſim et adipe gemens
et amens redeo nunquid ipius ſolacio vt ut modicũ
in tribulacione reſpirare carebo Quid ergo eſt dilectꝰ
meus loquitur michi Quid ẽ quod ꝑ ipm in ewangelio
clamatur Venite ad me omnes qui laboratis et
onerati eſtis et ego reficiam uos Nunquid ego qui
ꝓpter honorẽ eius diei pondus et eſtus ſuſtineo
ſaltem poſt laborẽ demicãs q cadunt de menſa do
minoꝝ ſuorũ reficí nõ debeo Abſit ergo ne ſolummodo
nobiſcũ o uos cõtemplatiui morabitur dilectꝰ et
laborans agricola ſit cõtemptꝰ et abiectus Oportet
tñ ſic ſcriptura teſtatur laborantẽ agricolã aliqñ
de fructibꝫ celeſtis patrie prelibare et hoc ne de
ficiat in labore Sic apli inter varia opprobria
martires inter flagella· vixqꝫ inter cruciatus
et verbera ſenſerunt dilecti ſolacia Ibant gaudentes

conspectu concilij collaudantes et benedicentes dnm
qm digni habiti sunt p noie ihu contumeliā pati
Sic confessores et heremite monachi et anachorite
post vigilias et ieiunia inter lacrimas et gemitus
senserunt diuina gaudia Sic rectores et doctores
et ecclesiarū fideles plati postqz laboribz et crucis
sunt coronati de benignitate dulcis ihesu sponsum
piissime dulcite sunt corda referti Non enim maria
ihm frequenter habuit sola sed etiā martha post
pdicacōe hilarite et gaudente receptus fuit Ergo
mente confidens et de diuina clemencia tu multiplicite
pbatu et exemplariter ostensa psumes dulcissimu
ihm aliqn cum maria matre in templo aliqn
cu sponsa in cubiculo aliqn cu discipul in consistorio
aliqn cu regibz in diuersorio

## Quinta sollempnitas de psentacōe pueri ihesu in templum

Quinto et vltimo considerat fidelis aīa qualiter
natus paruulus p diuersos opm consumacōez
et nominatus p celestiu dulcedinu degusta
cōem et quesitus et inuentus adoratus et honoratus
p spiritualiu munerū psentacōez in templū sit
psentandus dno offerendus et hoc p debitarū
graciarz deuota et humilez actōez Igit postqz felix
aīa mate ihu spualis piis bndicti filij concepcōez
purgatu ppmiaz postquā aliqualiter

iam post natiuitatem confortata per graciam postquam anima
est iam per inposiciones benedicti nominis consolata medullitus
et tandem in oracione tu regibus est informata diuinitus
quid aliud restat nisi ut in celi sancti iherusalem porteris
et in templum diuinitatis presenteris deus dei et virginis
filius Ascende igitur spiritualis maria non iam in montana
sed in celestis iherusalem habitacula beate trinitatis et in
diuidue unitatis Flecte humiliter mentis genua
in superne ciuitatis palacio Ibi ante thronum eternitatis
deo patri filium tuum representa laudando glorificando
et benedicendo patrem et filium cum sancto spiritu Lauda cum
iubilo deum patrem per cuius inspiracionem bonum propositum
concepisti Glorifica in gaudio deum filium per cuius
informacionem conceptum propositum opere perfecisti Benedic
et sanctifica sanctum spiritum per cuius consolacionem in bono usque
exitio hactenus perstitisti O anima deum patrem in
omnibus donis suis et bonis tuis glorifica quia ipse est
qui de te de seculo per occulta inspiracionem euocauit
dicens Reuertere reuertere sunamitis reuertere re.
Deum filium tuum in omnibus factis tuis magnifica Ipse
enim est qui te de demonibus seruicio per sententia sua
informacionem liberauit dicens Tolle iugum meum
super te Iugum demonis abice Iugum suum amarissi
simum Iugum suum sequitur penuria eterna et tor
menta Iugum meum sequitur securitas suauissima

et requies opulenta Iugū suū sicq̄ dulcedinem
exhibet falsa ē et momentanea .s. delecto Iugū
meū q̄n dulcedine ɔfert et leticia vera ē et salu
tifera Ipse suos servitores modicū aliq̄n ɔtollit
vt ineternū ɔfundat Qui aūt honorificat me
sic admomentū humiliat² vt eternalitē gloriet²
et regnet Ista fuit doctrina q̄ te dei filius aliq̄n
ꝑse aliq̄n ꝑsuos doctores et amicos reformavit
ademonib falsa ꝑsuasione araxrib et mundi
blanda decepcōe liberavit Deū et spm̄ sctm̄
sp̄ bndic et sanctifica qui te ꝑsua consolacōe3 melli
flua ī bono confortavit dicēs Venite ad me oēs
qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos
Qualitē enī o aīa tenera et delicata fragilis et
infirma: delicijs mudi assueta gaudijs huius
seculi tāquā fenibus amarijs more cortoxū in
ebriata qualiter potuisses inter tot et tanta
antiqui hostis recia inter tot falsa consilia
inter tā varia impedimēta Intē tā innumerabilia
amicoꝝ consanguineoꝝ et alioꝝ ꝓpinquoꝝ a via
morū vulnerantiū iacula in bono ꝑseuerasse sine
spus sctī gra fuisses misericorditē adiuta et
sepius dulciter ɔsolata et ~~afflicta~~ referta In
ipm̄ igit² refunde oīa opa tua tibi michil retine
Dic tu pura et devota mentis intencōe Oīa

opera mea operatus est domine In conspectu tuo nichil sum
nihil possum de tuo munere est quod subsisto sine
te nichil agere possum Tibi clementissime pater
misericordiarum quod tuum est offero tibi commendo tibi
committo me indigna et ingrata omnibus donis tuis
pre omnibus collatis humiliter recognosco Tibi
laus tibi gloria tibi gratiarum actio O beatissime pater
maiestas eterna qui me per tua ~~eterna sapiencia~~
infinitam potencia de nichilo creasti te laudo
te glorifico tibi gracias ago O beatissime fili claritas
paterna qui me per tua eterna sapiencia de morte
eterna liberasti Te benedico te sanctifico te adoro
o beatissime spiritus alme qui me per tua benedicta
pietate et clemencia de peccato ad graciam De serto
ad vita religiosam de exilio ad patriam De labore
ad requiem. De merore ad iocundissime et de
liviosissime beate fruicionis dulcedine renovasti
Qua dulcedine nobis dulcis ihesus concedat
Qui cum patre et spiritu sancto etc.
Explicit tractatus domini sancti bonaventure de quinque
festivitatibus pueri ihesu

Scriptus bonauentura ad dnam blanka regina hispanie de regimine anime

Primu omnium necesse habes aia mea Altissime pyissime: sanctissime de optio deo sentire Fideliter: Certa fide credendo: attenta mente considerando: Perspicaci rois intuitu cu ammiratione pspiciendo

Altissime quide de optimo deo sentis
Si eu credis { de nihilo creantis et i portantis imensa potentia / Gubernantis et ordinantis infinita sapiaz / Judicantis et retribuentis indeterminata

iustitia Fideli pio et pspicaci cotuitu et credis et ammiraris et pspicis. Et extra te exiens: et intra te ingrediens Et supra te ascendens Vt id vexante dicantes Exultauerunt filie iude pter iudicia tua dne Qm tu dns altissimus sup omnez terra nimis exaltatus es sup oes deos

Pyissime de optimo deo sentis si eiusdem mi sericordia ammiraris: amplexaris et benedicis

Vtsume { benigna inre humanitatis et mortalitatis assumptione / Dilterosaz i cruris et mortis ppessione / Liberale in spus sci donatoe et sacra

mentoru institutoe cu seipm communicet liberalissime in sacramento altaris qrens id psal: quanto cantes Suauis dns uniuersis et misericordias eius super oia opa eius

**Sanctiſſime de optimo deo ſentias ſi eiuſde**
Inexplicabile ſanctitate aduertis · mirabis et laudabis
atque illi cum ſanctis ſeraphin Sanctus ſanctus ſanctus clamabis
Sanctus primo hoc est in ſeipso ſanctitate ita ſumme
ac puriſſime habens vt impoſſibile ſit ipsum aliquid
niſi ſanctum velle vel approbare Sanctus ſecundo hoc est
ſanctitate ita perfecte in alijs diligens vt impoſſibile
ſit ipsum vere ſanctitate ſeruantibus aut gratie dona
ſubtrahere aut glorie premia denegare Sanctus et tercio
hoc est ita ſeuere oppoſitum ſanctitatis abhorrens
vt impoſſibile ſit ipsum peccata non abhorrere aut repro
bare aut impunita relinquere Et ſi ſic ſenſeris
cum legiſlatore cantabis: Deus fidelis et abſque ulla
iniquitate iuſtus et rectus
**Post hoc** oculos tue mentis ad dei legem conuerte
que te iubet exhibere

**Scilicet**
- Altiſſimo cor humile
- Piiſſimo cor deuotum
- Sanctiſſimo cor illibatum

**Cor inquam humile debes exhibere altiſſimo**

**Per**
- Reuerentiam in animo
- Obedienciam in facto
- honorificenciam in verbo et ſigno quatenus

ſecundum apostolicam regulam et doctrinam omnia in gloriam
dei facias

Cor aut deuotū exhibere debs piissimo

Per { Inter pellacōe3 feruentiu precum
Dei infusioe3 spūaliu suauitatum
Actionem multipliciu graciaz } Vt aīa tua
iugite p desertu ascēdat in deū sic virgula fumi
ex aromatibus myrre et thuris

Cor uero illibatu exhibere debs castissimo
sponso Vt nullus inte remet nec sensu nec consensu
nec affectu corporee voluptatis applausus. nullus
terrene maligninitatis affectus quatenus omi ex
clusa macula pcti possis cu psalmista cantare
Fiat cor meu immaculatu in iustificatoibus tuis vt
non confundar

Attende ergo diligenter et vide si hec oia a iuuetute
seruasti Et si hec i consciencia repereris no tibi
hec attribuas sz dono dei illiq gras agas Quod si
te inueneris semel aut pluries in horu aliquo vel
pluribus: vel forte in omibus aut grauiter aut
leuiter deliquisse siue p infirmitate siue ignorācia
siue ex certa sciencia: inenarrabilibus gemitibus
studeas reconciliari deo Et ad exhibenda emendaz
illi spiritu virtutis assume Vt possis cu
penitente veraciter cantare et psallere Quoniaz
ego in flagella paratus sum et dolor meus in conspectu
meo semp

Debet aut dolor animi duos hre comites
Vt sit purgatiuus anime et placidus dei

Similiter
- Timorem diuini iudicij
- Ardorem interni desiderij

Vt recipies
- Timendo cor humile
- Desiderando cor deuotum
- Dolendo cor illibatum

**Time igitur diuina iudicia que sunt abyssus multa**

Time inquam
- Vehementer ne forte quod pro si aliqualiter penitens adhuc displiceas
- Vehementius ne post hec deum offendas
- Vehementissime ne finaliter a deo discedas

semper uiuens hominem semper ardens igne nunquam raxens verme. nisi perfectam penitentiam in gratia finali decedas vt sit cum propheta decantes Confige timore tuo carnes meas a iudicijs enim tuis timui

**Dole quoque et satage propter commissa peccata**

Dole inquam
- Vehementer propter annihilationem omnis boni diuinitus tibi dati
- Vehementius propter impugnationem christi propter nam et propter crucem affixi
- Vehementissime propter vilipensionem dei Cuius transgrediendo leges

Tu
- Inhonorasti maiestatem
- Denegasti veritatem
- Offendisti bonitatem

Totumq̄ȝ omne eſum — Debilitaſti / Deformaſti / Deordinaſti Dum diuinis educandis

ſtatutis imperijs et iudicijs oībȝ tibi ſeruientibȝ

ꝓpter deū

Abuſa es — Naturis / Scripturis / Iuſticijs / Miſericordijs / Donis gratuitis et premijs repromiſſis

Quibus diligenter conſideratis luction vingeiti

fac tibi planctū amarū et deduc quaſi torentem

lacrymas ꝑ diem et noctem nō des requiem

tibi nec ſemnū oculis tuis

Deſidera nihilominus diuina charismata

diuini amoris indeū coſtendes qui te peccante

Tam — Patienter ſuſtinuit / Longanimiter expectauit / Miſericorditer ad pnīaꝫ reduxit

Tibi — Concedendo veniam / Infundendo graciam / Promittendo coronam

dum tu eidem impendas ut potius ab ipo ſuſcipias

eiq; rependas ſacrificiū cotribulati ſpūs cordisq;

contriti et humiliati

Per — Compunctionem amaram / Confeſſionem veridicam / Satisfactionem condignam

Desidera inquā
- Vehementer diuina cōplacentia p̄ laxitā i immissione sp̄ti sp̄us
- Vehemenciꝰ diuina cōformitate p̄ expressam imitacōem xp̄i crucifixi
- Vehementissime diuina cōprehensione

paratam visione patris eterni vt veraciter cum propheta decantes Sitiuit aīa mea qn̄ veniā et apparebo añ faciē dei

Porro vt huī sp̄m vite timoris et doloris et ardoris acquiras intrinsecus exerce te foris Ad

Cōmoda
- modestiam
- Iustitiam
- pietatem

Quatenus iuxta documentum apl̄i abnegans impietatē et secularia desideria sobrie et iuste et pie viuas in hoc seculo

Exerce itaqꝫ temetipam ad cōmodam modestiā vt iuxta apl̄i doctrinā Modestia tua nota sit oībꝰ hoībꝰ

Ad modestiam inquā parsimonie

In
- victu et vestitu
- somno et vigilia
- ocio et labore vt in ītto procedas

Ad modestiam discipline

Per moderamen
- silentij et loquele
- Meroris et gaudij
- Masuetudinis et rigoris iuxta

quod opportunitas exigit et vera racō dictat

Ad modestiam honestatis

Per { Gloriatonem / Ordinatonem / Compositonem }

Scilicet { Actuu motuu gestuu / Vestimentorum seu habituu / Membrorum et sensuu iuxta q }

moralis honestas et regularis obseruantia id exposcit Ut merito sib cum illorum numero quibus apostolus dicit Omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis

Exercite quoque ad iusticiam ut tibi id competenter possit veraciter aptari propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam

Ad iusticiam inquam integram

Per { Zelum diuini amoris / Obseruantia diuine legis / Desiderium fraterne salutis }

Ad iusticiam ordinatam

Per { Obedienciam ad superiores / Societatem ad pares / Castigacionem ad inferiores }

Ad iusticiam perfectam ut

Omni { Veritati consencias / Bonitati faueas / Malicie aduerseris tam mente }

qua verbo qua ope nihil agens alij qd tibi
nolis fieri Nihil negans alij qd tibi velis im
pendi qtenus illorum sis imitatrix pfecta qbus dicitur
Nisi abundauerit iusticia vestra plus quam scribarum et
phariseorum non intrabitis in regnum celorum
Exerce te tandem ad pietatem quia ut dicit aptus
pietas ad omnia valet promissionem habens vite
que nunc est pariter et future

Ad pietatem vi quam diuini cultus attente et
deuote ac reuerenter Scilicet

horas psoluendo canonicas ac quotidiana confitendo
pcta et deplorando Sacratissima corpore eu
charistia sumendo Quotidie missa audiendo

Ad pietatem saluacionis animarum

Nunc — adiuuando porcorum frequencia / per sermonum informacionem / per exemplorum incitamenta ut qui audit
dicat veni sponsa sic sapiente optz fieri ut salutis
propie dispendium non incurras

Ad pietatem releuacionis corporalium necessitatum

Nunc — Supportando pacienter / Consolando amicabiliter / Submittendo humiliter — hilariter et / misericorditer ut / sic diuina impleas
legem tu dicat aptus Alter alterius onera portate et sic
adimplebitis legem christi Ad quam omnia consequenda Super omnia

cedo valere memoria crucifixi vt dilectus tuus tanquam fasciculus myrre inter mentis tue ubera iugiter commoretur Quod ipse prestare dignetur qui est benedictus in secula Amen Finis

Incipit vtilissima quedam epistola eximij et deuoti sacre doctoris sancti bonauenture que est quasi quedam regula et institucio omnium pie et spiritualiter in christo viuere volentium et distinguitur in xxv memorialia vt inferius patebit

# Prologus

In christo sua dilecta filia in domino Quali
cunque homine vetere iam exuto: xpo
vive et mori mundo Quoniam dilecta mi
filia in domino michi instantissime supplicasti
ut te in posterum aliquibus litteris exhortatoriis
visitare Novi filia devota quod per dictas ardentes
prunas congesseris super caput meum Vexasti
affectiose instando divicie mee superbiam
supplici humilitate vicisti intentum ut ipse iam
promitterem quod optabas cuius magis dignum
foret per me a te quidem suscipere quam me tibi
huiusmodi destinare Quia tamen instancia
tue devocionis me compellit stultum fieri in parte
ista sicut potero qualitercumque experiar quod
hortaris Non tamen tibi alia specialia scribens
nisi ea que rudia et simplicia michi ipsi colligere
ponebam Et interim alloquens dilectionem
tuam carissima Cum nullus sit experientia
certa docet perfecte deo servire possit:
nisi dissolvere omnino se procuret a mundo
Oportet si sequi volumus dominum salvatorem
veri nos prophetice obedire ut filius peccatorum
colligacionibus dissolutis: dissolvamus fasciculos

deprimentes: quatenus a terrenis actibus
dissoluti: sequamur liberis gressibus redemptorem
quia iuxta apostoli testimonium nemo militans
deo debet se negotiis secularibus implicare
Numquam quod de aliqua re creata: nisi in quantum
nostrum excitet divini amoris et dilectionis
affectum: cor nostrum esse sollicitum permittamus
quia multiplex rerum labentium varietas plus
debito ruminata: non solum animum distrahendo
parate mentis grata interrumpit quietem
verumetiam in animo gignendo phantasias
turbulente quassationis molestia importune
impellit eandem: sed potius affectionis omni terre
norum sarcina onerosa deposita: absque
retardationis gravedine curramus ad illum qui
nos salubriter invitat: in quo est animarum
opulenta refectio et pax summa que exuperat
omnem sensum Venite ad me inquit omnes
qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos
O domine quo indiges: quare vocas: quid tibi
commune nobiscum O vere pietatis vox Venite
ad me et ego reficiam vos O dei nostri dignatio
admirabilis O suavitas ineffabilis Quis enim
aliquando fecit talia quis umquam audivit quis
vel conspexit similia Ecce invitat inimicos

hortatur reos allicit ingratos Venite inquit
ad me omnes Et discite a me quia mitis sum et
humilis corde Tollite iugum meum super vos et
invenietis requiem animabus vestris O verba
dulcia: verba deifica: et penetrabiliora omni
gladio ancipiti intima precordiorum cuius secretaria
nimis repleta dulcedine usque ad divisionem
anime pertingentia Expergiscere nunc o anima
christiana ad tante benignitatis amorem
dulcedinis tante saporem: et ad tante suavitatis
odorem Certe qui ista non sentit infirmus est
alienatus et iam proximat morti Inardescere
queso o anima mea. pinguescere amore
dulcescere sapore: nemo te prohibeat intrare
tenere: gustare Quid amplius querimus
quid ultra expectamus quid desideramus in
hac vita Habemus in Christo omnia bona Sed
heu o insania nimis mirabilis O infirmitas
miserabilis O vesania detestabilis Nam
vocamur ad requiem et sequimur laborem
Invitamur ad solatium et querimus dolorem
Promittitur gaudium et appetimus merorem
~~Miser~~ Mirabilis perversus infirmitas miserabilis
Perversitas Iam omnes insensibiles facti
sumus et quasi deteriores simulacris

habentes oculos et non videntes · aures et non audientes · racione et non discernentes amarum dulce et dulce amarum ponentes O deus vnde nobis tante peruersitatis correpcio vnde nobis tante offensionis satisfaccio Certe nichil ~~tale~~ tale inuenitur in nobis nisi tuo munere tribuatur Tu enim solus potes nos corrigere · tu solus pro nostris delictis satisfacere qui solus nostri firmamentum nostrum salus et redempcio nostra · qui solum illis hec facis qui se miseros conspicientes in omnibus a te solum releuari confidunt Leuemus ergo ad deum mentis nostre oculos in directo · et videamus vbi nunc prostrati sumus Nam qui proximum sum casum ignorat · surgere minus curat Cognoscentes vero clamemus in fortitudine ad deum de profundis · Ut nobis adiutricem porrigat misericordie sue manum que ab vbi releuari nunquam poterit ad saluandum Non queso confidenciam amittamus · magnam remuneracionem habentem Adeamus thronum gracie eius cum fiducia · fructum nostre fidei reportantes · salutem scilicet animarum nostrarum

Nulla nobis

Nulla nobis insit cunctatio Jam enim vita nos
vocat. salus expectat tribulatio compellit
intrare Quid ergo facimus. quid pigritamus
quid moras contrahimus festinemus ingredi
illa regiune iocunditatis eterne. Ubi sunt
magna et inscrutabilia quorum non est
numerus Ascendat queso ipsorum cor nostrum
suspiremus ad patria nostra. tendamus
sursum ad matrem nostram Introeamus in
potentia domini et intueamur nostrum regem
in ea regnante et liquescant in miserationibus
eius corda nostra Agamus illi gratias toto corde
qui desertum nostrum ingratitudinis non con-
siderans. sive non abstulit a nobis miseri
cordie pietate desiderium nobis tribuens
ipsius viam currere mandatorum qua sine
desiderio nullus currere potest quod quidem
munus non est vilipendendum sed grate repu
tandum cum hoc prophetarum ille eximius se
asserat concupisse qui ait Concupivit anima
mea desiderare iustificationes tuas in omni
tempore Et quia hoc ipsum desiderium aliquando
nimia tepiditate nostre incurie et negligentie

cassascit · cogitaui queda incitacionis huius memoralia annotare in quibus fugienda pateant et sequenda que quide tu affectu affectuose speculantes pristino vigore resumpto : tam diu infatigabilite virtutibus et graciis incitate diuina restamus quoadusque perfectu veniat desiderium collium eternorum. Ponantur aute memorialium predictoru prius quedam generalia postmodum specialibus subsequentibus

## Memoralia generalia

Sunt ergo hec queda virtutes probate in iuuenibus et scale salutis per quas sine dubio ad perfectionem virtutum et culmen glorie possunt ascendere fideliter exercitati per eas : Videlicet sancta vere cundia in cunctis rebus et artibus suis : tarditas loquendi : promptitudo obediendi : frequentacio oracionis : fugere ocium et dissoluciones : pure et frequenter confiteri libenter seruire · et infructuosum consorcium deuitare. Hee nanque sunt margarite fulgentes que possessorem suum deo et

angelis faciunt graciosum. Cum autem ei placuerit qui te segregavit ex utero matris tue. Vocavitque per graciam suam. ut in te revelet ymaginem filii sui: de miserabili servitute egipciaca transferens te in libertatem filiorum dei iamque in viam novi hominis in tepis pedem ponere que inter timorem et amorem humilitatis est semita constituta. tunc per eandem humilitatis via ad eminenciora conscendens poteris te in altioribus exercere ex quibus certa memoralia subscribuntur

## De concupiscentiis mortificandis primum

Oportet te ergo ante omnia te cupientem vestigia sequi salvatoris ut spem tuam totam fixam in domino habeas: de omnibus hominibus mundi consolacionibus penitus desperans

## De viciis extirpandis

Secundum est ut ab omnibus viciis et concupiscentiis malis: in quantum sustinet humana condicio: teipsum studeas penitus emundare ut fermento veteri totius malicie et nequicie expurgato:

ambules in nouitate vite post xpm quia nisi
prius huiusmodi cathenas iniquitatis confregeris
anima tua in tenebris aggregata: ad cele
stia non poterit elevari

De colligationibus reserandis

Tercium est ut a teipso dissoluas omnes
colligationes extrinsecas ut sana et pura
mente possis deo colligari De tri
bulacionibus cum paciencia tollerandis

Quartum est ut amore altissimi et sponsi
tui cristi omnes mundi huius persecutiones
equanimiter feras ymo si possibile est
devoto suscipiens: solum in xpi passionibus
delecteris renuensque omnem temporalem leticiam
in ipsis tribulacionibus hylarescas. omnes re
putans tibi esse ad purgacionem peccatorum
et lucrum eterne vite preparatas

Ut de nulla re conqueraris

Quintum est ut tu creatorem tuum et omnem te
consentias offendisse racione tibi fieri
non posse ab aliqua creatura

De paupertate sui ipsius

Sextum ut habeas despectum temetipsum
cupiens ab omnibus despici: zelansque

sacratissima paupertate in omnibus que ad te
spectat Asperitate: vilitate et paritate
habeas quantum potes: non tamen in aliis requiras
sed potius letus et gaudens de omni consolacione
fraterna eis sicut oportet obsequendo et
ministrando assistas omnibus consolacionibus eos
reputans esse dignos nisi quod absit ita
tibi in aliquo pateret divina offensa: que
omni excusacione careret de qua compaciendo
et timendo ex intimo corde doleas quantum
potes **De honoribus fugiendis**

Septimum est ut omni tempore in timore stans
blandicias huius seculi: honores: glorias
vel favores: auras que vane glorie quasi
mortiferas pestes omnino fugias toto posse
stansque continue in te ipso: omni hora habeas
te suspectum quia si tui ipsius victoria fueris
assecutus: nullus hostis interius vel exterius
tibi nocebit **De humilitate vera**

Octavum est ut amore illius qui cum sit dominus
omnium celestium terrestrium et infernorum
pro nobis assumpsit vilissima servi forma

mea subijciens se voluntarie hominum potestati : humiliando teipm : oem homiez reputes tuu dnm : et te vilissime reputes ancillā omnium et in omnibȝ circa homiez te reputes sic ancilla Sic enim tranquillitate et pace cu omibȝ ppetua obtinens scandalu penitus ignorabis

De pace anime et quomo habetur

Nonum vt nihil eorum tangas q te spuali vtilitate no tangut hoc e de nulla re cures vt implices te in aliquo exterius uel interius quoquomodo : vbi no inuenis anime tue luxu nec in huiusmoi te ab aliquo implicari pmittas

De custodia sensuu

Decimu : Vt visui atqȝ omibȝ corporis sensibȝ omnimoda custodia ponas ita vt nihil prorsus velis videre vt audire aut tangere nisi vtilia aie tue Linguā eciā diligentissime restringas vt nihil loquaris nisi interrogatus : vel necessitate vt vtilitate euidenti coactus et tunc cu reuerentia animi et timoris dulcedine breuiter et submisse si potes : semp deuitans

prolixitate verborum: eorum omissiones iuxta
posse prescindens **De solitudine et vigilijs**

Undecimum: vt gratam sanctamque solitudinem
desiderabis: omni tempore oportunitatem vigiliarum
habeas preciosam: incipiens semper offeres deo
orationes tuas cum attentione verborum: devotionis
fervore et humilitate profunda

**De diuino officio**

Duodecimum: vt tu debes diuinum
officium celebrare et orare: ita factus
in teipso quietus: obliviscaris omnium terrenorum
quatenus sana mente celestibus insistens
mysterijs: cum tanta illud devotione: reverentia:
gaudio ac timore persoluas: quasi inter
angelorum agmina constitutus diuino con-
spectui laudes personaliter offeras cum
eisdem angelis **Quod supremam
habeas in devotione virginem gloriosam**

Tercium decimum: vt gloriosam reginam
domini nostri matrem benedictam: In summo
habeas omni tempore veneracionis affectu et
in cunctis adeas necessitatibus: periculis
et pressuris tanquam ad refugium tutissimum

te conuertas ipsius tutele presidium flagitando eamque in tuam suscipiens aduocatam: deuotissime ac seruire tuam ei causam committas quia mater est misericordie: quotidie studens ei specialem et singularem reuerenciam exhibere Et ut tua deuocio sit ei accepta et reuerencia grata ipsius puritatem et mundiciam omni virtute: mente et corpore: illibate in te ipso seruando: toto conatu intendas: humilitatem et mansuetudinem eius vestigia imitari

## Quomodo fugienda sit consortia virorum

Quartumdecimum vt ubicumque viros et iuuenes quoscumque preter necessitatis vel manifeste vtilitatis causa: deuites Et vna ubicumque fueris elige tibi sororem sanctam discretam et piam: doctam potius sapiencia operis quam sublimitate sermonis que te verbis et exemplis efficacibus et probatis ad diuinum amorem instruat et inflammet ad quam in cunctis necessitatibus possis habere recursum et spiritualem solamen

## De fuga accidie et tristicie

Quintu decimu ut omez frigiditatem
cottidie et tristicie in qua latet via
confusionis: que ducit ad morte: a teipo
sumo studio depellens: interius exterius
serenus semp et tranquillus existas
nulli ullomodo contradicas ut resistas
in aliquo: sed potius omni modo: pocia in
oibus acquiescens dumodo divine laudi
ut saluti aie no obsistat Quod
de omnibus habeas bonu exemplu

Sextu decimu ut oes affectoes tuas
ac voluntates conformes divine volutati
Omnia te edificent nec te de edificet
aliquid in hoc mundo: puritatis et innocencie
gracia divinis tibi muneris elargite nec
alioru plus debito defectibus pturbatus
iniquitati addendo iniquitate: alienis
sordibus polluaris nec du cupis alios
de pelago liberare: deterius ipe corruas
in profundu Potius igit omnia quibus no
potes sine detrimento pdesse operiens
caritate benigna: illi sume sapiencie
derelinquas: que novit bona de malis eligere
quibuscuqz:

sitq in bonis opib pariter atq malis
spualem dno gredente poteris reperire
profectu **De custodia cordis**

**S**eptimu decimu Vt cor tuu seruans
omni custodia · solisq spualib exerciciis
debitu deditu · nulle ibi rerum visibilium
imprimat gcupiscentie · Vt creatoris
oib alienu libere possit vacare omniu
creatori **De caritate ad proximos**

**O**ctauu decimu · Vt ymagine ac simili
tudine maiestatis diuine maiestatis
diuine cosideras in cunctis hoib · ita oes
diligas intime caritatis affectu · oimq
et maxime infirmorum et quorum cumq indi
gentiu curam geras · dumodo circa spualia
tibi no fiat nociua distractio · sicut bona
mater diligit atq curat vnicum filium
predilectu **De oroib cu opib sanctis**

**N**onu decimu · Vt ginue mente tua
ita habeas ordinatu cu deo quomodo
opus tuu atq exerciciu tam mentis qua
corporis sit ore · oimaq seruicia et maxime
humiliora cu tanto facias feruore caritatis
ac si ea xpo corporaliter exhiberes

Quod certe debes et potes vexante cogitare
quoniam ipse dixit in ewangelio Quod vni ex
minimis meis fecistis mihi fecistis

## De obediencia sancta

Viresimum vt honore et reuerencia
omnibus tam debita quam deuota strictissime
obediencie norma · non solum maioribus verum
eciam minimis quasi pupillam studeas semper
seruare illesam · obediens quidem non solum
maioribus vt prelatis ut abbatisse verum
eciam minoribus omnibus · te subiciens quibuscumque
abnegando teipsam proprio In bonis et
indifferentibus semper alterius studeas
facere voluntatem · In nullo prebens te
aliorum onerosum sed pocius in caritate christi
diligens vniuersos · teipsam communiter
omnibus gratam reddens · Affabilitates
amicicias et familiaritates fugias singulares
Summopere caueas ne vnquam verbo vt
facto vel gestu alicuius rancoris · odii
clamoris · inquietudinis turbacionis · murmuracionis
detractionis · scandali et adulacionis · et quorumcumque
similium · aliqua racione ut modo parte ut palia
causa vel occasio fias ·

## Quod consolaciones et tribulaciones occulte teneas

Vicesimum primum ut virtutes et gracias
spirituales · quas in te ut pote diuina
misericordia operari dignatur : tribulaciones
et prelia · virtutisque propositum vel similia
ab omnibus abscondere studeas quantum
potes : his tamen exceptis que proprio sacerdoti
in propria debent accusacione detegi · nisi
forte alicui tuo speciali et probato amico
ea spiritualis utilitatis gracia revelares
tuumque consilium ut doctrinam in memoria credas
tibi posse valere. Sollicita semper sis
furari tempus ubique : ut possis ~~solite~~ solite
orationi et meditationi sancte vacare ut
sedendo solitarius : elevata sis desiderio
ad superna

## Quod deum semper et ubique habeas in memoria

Vicesimum secundum ut soluta ab omnibus
creaturis · tanto mentis conatu · desi
deriique feruore · circa tuum creatorem intendas
ut quasi omnium inferiorum oblita · quidquid
agas et ubicumque steteris : et quibuscumque
negotiis implicueris : die ac nocte et

omni momento et hora: deum semp habeas in memoria: credens et cogitans esse te verissime cora eo: et ipm cogitans undiqz te aspicere. Het aute cogita cu magna reuerencia et timore pariter et amore et cu magna discrecoe. nūc ante pedes immense maiestatis eius pstratus: corde amarissimo pctoru venia postulando nūc sacratissime passionis filij dei gladio conpassionis cordam eius cruce vulnerata cō eo: lacrimosus et flebilis apparendo nunc totius vite illius decursu obliquitati tue velut rectitudinis linea pponendo nunc inenarrabilia et immensa dei beneficia mente ptractans gratiarum actoibus insistendo: nunc stimulis ipius amoris ardentissime punctus: ipm in creaturis oibus intuendo: nunc potencia nunc sapiencia: nūc bonitate et clemencia eius attendens: eum deuotissime in cunctis opibus suis collaudando: nunc desiderio patrie celestis attractus: ad ipm gemebundis suspirijs anhelando:

nunc circa nos visćera inestimabilis caritatis eius aspiciens: letabunda quoda excessiva admiracione: corde et animo in ipso deficiendo: nunc te percipiente. nunc te fugiente: nunc te ruente. nunc deum te timente: sublevante retinente et attrahente: nunc deum te inycatum porrima con texetem considerabis: ineffabilibus divine misericordie visceribus tibi patefactis nimio in eo caritatis ardore te offerens totum te fletibus resoluendo: nunc vero occultissima: profundissima et summe arthana: nimiumque stupenda iudicia iusticie eius diligenter attendens: eum in omnibus fidelis et constans cum summo amore ingenti quoque timore ac tremore discretus supplex et humilis venerando Porrimus aute continua et viva memoria ipius sacratissime passionis in animo et corde tuo ferens De sollicita custodia sui ipsius

Tricesimum tercium: Ut sup custodia tua vigilans omni tempore: abantiquum

hostis fraudibus qui sepe se in angelum
lucis transfigurat: omni tempore et in
omni via hominum laqueum tendit et retia
ut animas nostras valeat captivare
solicitudine te cautissima tuearis
venantium laqueos fugiens sit passer
tanteque puritatis humilitate sancta
in oculis tuis fias ut ne subtilissima
eius retia te valeant continere a quibus
sane tunc poteris liberari ille sub tu
effectus fueris israhel · continue
mentalibus oculis videns deum quia non
dormitabit neque dormiet eius custos

## De pura confessione peccatorum

Uicesimum quartum Ut teneris indefessum
instituti sancti rigorem sacris ardoribus
celestium desideriorum succensus · mentis
et corporis mundicie pulchritudine : immo
tenere puritatem : conscientieque teneritudinem
conservans : tuta diligentissima caueas
ne umquam tependo in aliquo resipiscas
Adquod quidem diligencius et purius conservandum
quotidiana discussione sepies in die

examines vitā tuā semꝑ an vel immediate
post qualibꝫ horā canonicā considerans
et discuciens attentissime: qualiter de
hora in horā ambulaveris digne corā
deo sine macula in iusticie semita Et
quia nemo ē qui sic disciplinā et iusticiā
observet ut nihil penitus negligat vel
omittat: ideo necessariū est ut ad peni
tentie lavacrū recurrens cū dolore et
gemitu sepissime tue accusacōi insistas
In qua quidem accusacōe seu confessione
interiore veraciter: et pure sine omni
velamine excusacōis vel occultacōis seu
palliacōis: per ordinē omnes tuos referendo
defectus: sacerdoti prio tanquam deo debes
intimare: narrando prius omissiones
quas in hiis que sunt ad deum fecisti: et
maxime moracōe quantū ad duplicē eius
partē: mentalē scꝫ et vocalē Deinde
defectus in observacōe iusticie quo ad
primū. post commissiones quas egisti
ex mala custodia sensuum et sensibus

adiacentium: affectionum et cogitacionum. Hanc
autem confessionem semper debet contricio et satis
factio comitari. Ut doleas videlicet de omnibus
offensis non solum de magnis sed eciam de
modicis: et dolendo caveas iterare culpa
semper scindens causas et occasiones peccati
prescindere: quantumcumque parvo re videantur
tibi coniuncte quia sunt iuxta salvatoris
sentenciam eruendi et oculi scandalisantes
idest occasiones peccati vitande que
quidem apparent nobis delectabiles nimium
eciam si multum nobis displiceant earum
effectus Unde fortissimum est in hac pugna
bellum Et ideo oportet secundum dei preceptum
esse cecum: surdum et mutum: et insensibile
ad omnia in quibus non invenit anima lucrum
Ut autem divinorum preceptorum eius disciplinae
celestis observantia in supradictis et
ceteris aliis sollicius intendas ac ferventius
attendaris: studeas hec quinque semel ad
minus inter die et nocte affectuose et
morose omni tempore sincera mente tractare
Quam scilicet sit brevis vita nostra

qua lubrica via qua mors intexta: que
premia iustis q supplicia parant iniustis
ut non sit servitium sine timore: nec gaudium
sine tremore Quales esse debemus in
nostra reputatione quamuis perfecti

Ultresimum quintum et ultimum ut cum divina
gratia largiente omnia feceris bene
te servum inutile et peccatore recognoscens
omni beneficio dei reputes te indignum semper
robustissima fidem teneas repletus
caritate divina: fiducia magna: sperans
ab ipso misericordissimo patre: misericors
die tibi viscera aperiri: ut dum in fossa
profunde humilitatis: firmissima iecerit
fidei fundamenta quo erexerit quam lucidissimos
parietes continue ac servide caritatis
decoratos omnium virtutum picturis tectumque
desiderate spei beatissime posuerit gloriosum
tandem omnibus ordinate dispositis: summus
ille celestis inhabitator: dulcisque hospes
fidelium animarum: cuius delicie sunt esse cum
filiis hominum: tam diu tecum dignetur inhabitare
per gratiam in presenti seculo vel exilio:

quousque post terminum vite huius in celestis
beatitudinis patria gloriosa stola perpetue
immortalitatis indutus: claritate vultus
eius cum omnibus sanctis cernere merearis
in nubilo: ubi erit summa felicitas et eterna
beatitudo finis et complementum omnium
desideriorum nostrorum

## Conclusio epistole huius

Hoc veritatem ad huc scias carissima
filia indubitanter: quod nisi perfecte
abnegaveris temetipsum sequi non poteris
vestigia salvatoris et sine sollicitudine
omnia et labore: eius gratia adipisci
nequibis Et nisi assidue propulsaveris
portas eius: ingredi non poteris ad pacem
mentis Et nisi te instante in timore dei
tenueris: cito domus tua corruet in profundum
Et si fideliter et constanter te tenueris:
et exercitatus fueris in predictis spero
in misericordia salvatoris quod te gratia sua
dignum faciet in presenti: semper poteris
gloria in futuro quod ipse tibi concedat qui est
trinus et unus in secula seculorum ~~amen~~
benedictus Amen

## De horis canonicis

**Qui horas canonicas bene et devote persolvit multas utilitates consequitur**

Primo solvit debitum et tributum quia quilibet
tenetur laudare deum Secundo alleviat et
hylarescit conscientia qui bonum opus
bene facit Tercio Quia deus illas oraciones
libencius et cicius exaudit quam alias ora
ciones privatas Quarto Quia omnia facta
et facienda illius hominis prospere regit
et disponit Quinto Quod talis consolatur
in tribulacione sua Sexto Quod deus presertim
preservat illum hominem a confusione et
periculo aliqua ut quod deberet incidere
propter demerita sua Septimo Quia ungit
hominem interiorem spirituali gracia Octavo
Quia deus ducit talem hominem ad celestes
cives deum sine fine laudantes Nono
Quod deus custodit ~~introitum~~ introitum
et exitum illius Et est custos illius hominis
quocumque se vertit Decimo Quod deus in
ultimo fine propter dignitatem illorum verborum
sanctorum illi homini misericordiam suam procul
dubio exhibebit et exaudiet eum

vii Libr

…BIBLIOTHEK

sit et astra exaltata es sup
[ch]oros angelorum. Intercede pro nobis ad
dominum nostrum. V Ave maria gratia
plena dominus tecum. Invit. Laudes feria
virgo mater domini voces exaudi
... clerici [illegible] ignoscens
... dominus. Virgo gloriosissima
... corpore feminea. nostros post
... fragilium ad verum perduc regnum.
... gratia in labiis
... benedixit te deus in eternum
Specie tua et pulchritudine tua
intende prospere procede et regna. In
... Gaude maria
... n° an
... cunctas hereses sola interemisti
... mundo ps Cantate
Dignare me laudare te virgo
... da michi virtutem contra hostes
... ps Dominus regnavit ex an

Handschrift 32 Bl.
14,2 x 10,2 cm

Deinde [illegible] debita virgine ab octava
Epiphanie usque ad festum purificationis
Laudes an.

O admirabile
commercium creator generis humani an-
imatum corpus sumens de virgine na-
sci dignatus est et procedens ho-
mo sine semine largitus est nobis suam
deitatem. ps Dixit dominus an Quando
natus es ineffabiliter de virgine tunc im-
plete sunt scripture sicut pluvia in vel-
lus descendisti ut salvum faceres
genus humanum te laudamus deus noster.
ps Confitebor an Rubum quem
viderat moyses incombustum conserva-
tam agnovimus tuam laudabilem virgi-
nitatem dei genitrix intercede pro nobis.
ps Beatus vir. an Germinavit
radix iesse orta est stella ex iacob
virgo peperit salvatorem te laudamus

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

S. katherina uiieſſlio

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

eÿn ÿeglichs new Jey
treitz vnd folck nun
noch

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

...ſuſa e gr(ati)a i labijs
... propterea benedixit te deus i(n) et(er)nu(m)
Specie tua et pulchritudine tua
intende prospere procede et regna . In
...tera n(on) an(tiphona) Gaude maria
...s cunctas hereses sola i(n)teremiſti
...iuerſo mundo ps Cantate
Dignare me laudare te virgo
...da m(ihi) virtute(m) cont(ra) hostes
...s . ps Do(minus) reg(navit) ex an(tiphona)

Handschrift
14,2 x 1...

...plete fuit ſcriptura ...
nus descendisti vt saluu(m) faceres
genus humanu(m) te laudam(us) de(us) n(oste)r
ps Confitebor an(tiphona) Rubu(m) que(m)
viderat moyses i(n)combustu(m) co(n)seruata(m)
tam agnouim(us) tua(m) laudabile(m) (vir)gi
nitate(m) dei genitrix i(n)tercede pro nobis.
ps Beatus vir. an(tiphona) Germinauit
radix yesse orta e(st) stella ex iacob
virgo peperit saluatore(m) te laudam(us)